



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

Svmmarivm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

DE EXECVT VLTII. VOLVN.  
SECVNDATA TRACTA-  
TVS PARTICVLA.

S V M M A R I V M.

1. Executoris testamentarij, & commissarij officium & num. 36. Item, qualis ille debeat esse quoue consilio adsumatur.
2. Executor testamenti, ignominiae nota carere debet alioquin remouendus. num. 5.
4. Iuris ordo, in paruis rebus non attenditur.
7. Executor testamenti, in soluendo aere alieno contracto à defuncto, rationem personae habere debet, & ita in quolibet debito, quod sibi incumbit. & num. 8.
9. Executor testamenti, facultatum modum spectare debet, in legatis, fideicommissis, & debitis soluendis.
10. Dispositio fieri nequit super non ente.
11. Hereditatis pondus, vnde expendatur.
12. Executor testamenti, appositor est locuples, quam pauper. Et quid ita. vtcunq; tamen: sui rationem habere debet.
13. Culpa in re propria tolerabilis, in aliena damnatur.
14. Pietatis & misericordiae commendatio.
15. Theologiae cum Philosophia morali, & arte oratoria consensus.
16. Passio non fit assuetis: sed ei per exercitium fit incrementum.
17. Executoris cautio.
18. Executoris excusationes ab onere & munere subeundae executionis.
19. Executionis testamenti munus, excusationibus repudiare: honestius, quam dolo vel culpa rejci.
20. Executor non est vltro citroq; ascissendus. Et quid ita.

21. Executoris munus quò referendum.
22. Iudex delegatus rescripti formam debet in-  
tueri: necvltra progredi.
23. Executor, cui nulla ratio executionis præscri-  
pta est à testatore, legibus niti debet.
24. Philosophia moralis ad theologiam declina-  
uit.
25. Executor cui nihil præscriptum à testatore,  
moribus & consuetudine niti debet: quorù ma-  
gna est vis authoritasq;. Et quid si illa deficiat.
26. Executoris testamentarij munus, præscriptaq;  
disciplina.

**S**ecunda nunc operis nostri Particula se-  
quitur de commissario & executore iam  
constituto & creato, quemadmodum in opere  
se debeat exercere. in qua quidem Particula  
nos quatuor capita considerabimus.

Primum, quid agere in genere quenq; ipso-  
rum oporteat.

Secundùm quid faciet testamentarius.

Tertiùm, quid aget episcopus, siue legitimus

Quartùm verò, quid datiuum agere con-  
gruat.

Quæro igitur primò, quid quilibet exe-  
cutor, vel commissarius agere debet. † Existi-  
mo eum oportere primò prudentem, & postea  
sapientem fore: quia ad perficiendam vlti-  
mam voluntatem, adsumitur, & ad satisfa-  
ciendum